



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SS. RITUUM CONGREGATIO

Sobre uso de pontificales por los Abades regulares

Liverpolitana.—13 Jun. 1902.—Rmus. Dnus. Episcopus Liverpolitanus Sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit, Rmis. Patribus Abbatibus e Congregatione Anglo-Benedictina haud dudum benigne concessum fuisse privilegium ut in Ecclesiis propriis usu pontificalium in Missarum solemnibus gaudere valeant. Quum autem non plane constet quatenam ecclesiae tamquam ipsis propriae intelligendae sint, Rmis. Episcopis Angliae opportunum visum est, ut Episcopus supradictus, in cujus dioecesi multae existunt Ecclesiae Patribus Anglo-Benedictinis addictae, nomine omnium Episcoporum Angliae, dubiorum sequentium postularet, nimirum:

I. Utrum tamquam ecclesia propria cujusvis Patris Abbatis intelligenda sit sola ecclesia monasterii cui ipse praesit?

II. Utrum cuivis Patri Abbati competat jus pontificalium in omnibus ecclesiis quibus praesint terni, bini vel singuli Patres sub ejus jurisdictione constituti, curam vero animarum exercentes? Et quatenus affirmative;

III. Utrum ad usum pontificalium talibus in Ecclesiis sub cura Patrum Benedictinorum constitutis licite exercendum, requiratur consensus Episcopi Ordinarii?

IV. Utrum Patres Abbates in ecclesiis aliorum Regularium cujusvis Ordinis vel Congregationis, vel in Ecclesiis saecularium usu pontificalium sine consensu Episcopi Ordinarii gaudere valeant? Et quatenus negative;

V. Utrum in talibus Ecclesiis sive Regularium sive saecularium usu pontificalium de consensu Episcopi Ordinarii gaudere valeant?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibus accurate perpensis rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative*, nisi et aliae sint filiales Ecclesiae, quibus et ipse praesit, seu illius jurisdictioni subjectae.

Ad II. *Affirmative*, dummodo agatur de Ecclesiis propriis, et detur Decretum N. 2080 *Fesulana* 1 Octobris 1701 (1).

(1) Hé aquí el texto de dicho Decreto:

“1. Utrum Abbas regularis usu Pontificalium gaudens Missas et Vesperas ter pontificaliter agere valeat infra octo dies?

2. Utrum eidem Abbati liceat sedem praeparatam habere ac baldachinum cum suis paramentis per octo supradictos dies?

3. Utrum idem Abbas alii Abbati pariter regulari ejusdem Ordinis, sed extero, potestatem facere valeat celebrandi pontificaliter in proprio Monasterio?

4. Utrum idem Abbas loci possit, praesente Ordinario, rochetum induere et mozzetam deferre, aliisque Abbatibus exteris ita se induendi concedere facultatem?

5. Utrum, tam dictus Abbas quam alii exteri, praefato habitu induti, pergere valeant processionaliter extra Ecclesiam per Paroeciam, sine licentia Ordinarii?

6. Utrum praefatus Abbas trinam benedictionem populo impertire valeat extra tempus Missae pontificalis?

7. Utrum Episcopus Ecclesiam dicti Abbatis ingrediens accipere valeat aspersionem ab eodem Abbate porrigendum, et non solum populo, sed ipsi Abbati suisque Monachis benedicere?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis censuit respondendum:

Ad III. *Negative*, si agatur de Ecclesiis propriis, ut supra.

Ad IV. Detur Decretum N. 2.923 *Ordinis Monachorum Sancti Basilii* 19 Decembris 1846 (1).

Ad V. Jam provisum in praecedenti.

Atque ita rescripsit. Die 13 Junii 1902.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

D. PANICI, *Archiep. Laodicen., Secret.*

N I V E R N E N

Rmus. D. Stephanus Antonius Lelong, Episcopus Niver-
nen., quae sequuntur Sacrae Rituum Congregationi exposuit,
opportunam declarationem, seu resolutionem humillime ex-
postulans, videlicet:

I. Potestne Episcopus iure ordinario concedere licentiam
etiam plures Missas qualibet die celebrandi 1.^o in Capellis seu
Oratoriis publicis piarum Communitatum etiam earum quae
clausuram non habent: 2.^o in Capellis seu Oratoriis piarum
Communitatum, quae licet non habeant ingressum in via pu-
blica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius Commu-
nitatis: 3.^o in Capellis seu Oratoriis ad personas quidem pri-
vatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipublica eo
sensu quod habeant ingressum in via publica, vel prope viam
publicam, ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?

Ad 1 et 2. "Licere, in casu de quo agitur,,"

Ad 3, 4 et 5. "Affirmative,,"

Ad 6. "Non licere,,"

Ad 7. "Affirmative, dummodo incedat in habitu praelatitio, etiam via-
torio,," Et ita declaravit. Die 1 Octobris 1701,,"

(1) En el citado Decreto se da facultad al Visitador general de la Orden
de San Basilio: "Revocandi Abbates ad observantiam decretorum, praeser-
tim ut non liceat iis pontificalia exercere nisi in propria Ecclesia; et si ex
speciali indulto S. Apost. Sedis ex eis quisquam agere possit pontificalia
etiam extra propriam ecclesiam, nullatenus liceat hoc privilegio uti, nis
dee xpresso Revmi. Ordinarii consensu,,"

II. Potestne Episcopus alia Oratoria praeter Capellam seu principale Oratorium erigere in piis Communitatibus, sive ob numerum Sacerdotum ibi degentium, ut ab omnibus Missa dici possit; sive in gratiam infirmorum, qui nequeunt adire Capellam seu Oratorium principale?

III. Potestne Episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi Ssmum. Sacramentum 1.º in Ecclesiis seu Capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent, etsi utilitatibus Paroeciae inserviant: 2.º in Capellis piarum Communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur: 3.º in Capellis seu Oratoriis interioribus piarum Communitatum, quando non habent Capellam seu Oratorium publicum in sensu exposito, ut evenit ex. gr. in Seminariis?

IV. Potestne Episcopus iure proprio licentiam concedere uni Sacerdoti secundam Missam diebus Dominicis aut festivis de praecepto celebrandi 1.º in Oratoriis seu Capellis quae a S. Sede vel vi Indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a parochiali Ecclesia ista secunda Missa proficere potest voto Parochianorum, qui aliter Missam non audirent vel saltem difficillime: 2.º in duabus Ecclesiis in eadem Parochia existentibus, quando pro utraque deservienda unicus adest Sacerdos, et tamen non sine detrimento religionis Missa in una tantum celebraretur: 3.º in eadem Ecclesia quando aliter pars sat notabilis Parochianorum Missam non audiret: 4.º quando valde utilis est, vel etiam necessaria ista secunda Missa, ut communicari a Fidelibus cum maiori facilitate et aedificatione frequentius possit?

Sacra itaque Rituum Congregatio, referente eiusdem Secretario, hisce postulatis sic respondit:

Ad I. Episcopus utatur iure suo in omnibus casibus expositis.

Ad II. Si porro ex piarum Communitatum conditione necessario sit erectio alterius Oratorii, pro eius erectione facultas erit a Sancta Sede obtinenda.

Ad III. Implorandum est indultum a Sancta Sede quoad omnia postulata.

Ad IV. Posito quod Episcopus iam facultatem obtinuerit a Sancta Sede ad concedendum Sacerdotibus suae Dioecesis indultum bis in die festo Sacrum litandi, erit suae prudentiae hac speciali facultate in casu necessitatis pro populi bono uti; si vero eiusmodi facultate ipse non sit instructus, eam impetrare poterit. Atque ita respondit ac declaravit. Die 8 Martii 1879.

Ita reperitur in Actis et Regestis Sacrorum Rituum Congregationis. Die 23 Ianuarii 1902.

L. † S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laodicen., S. R. C. Secretarius.*

SAGRADA CONGREGACIÓN DE OBISPOS Y REGULARES

Decreto sobre los derechos de los Párrocos y los Regulares en los funerales

COMPOSTELLANA: FUNERUM

1.º Agosto de 1902 (1).

El Sr. D. Braulio Martínez, de Santiago de Compostela, dejó expresamente consignado en su testamento que se le enterrara en la iglesia de frailes Menores de dicha ciudad. Al morir, como quiera que en España la ley ordena que los cadáveres sean llevados directamente al cementerio, sin que ninguno pueda ni por un instante introducirse en la iglesia donde debiera ser sepultado, los religiosos querían ponerse de acuerdo con el párroco de San Fructuoso, de donde era feligrés el difunto, para establecer el derecho que á dicho párroco correspondía en el acompañamiento fúnebre. Pro-

(1) El extracto de los hechos está tomado de *Il Monitore del Clero*.

pusieron los Regulares que el párroco levantase el cadáver de la casa mortuoria, y á la puerta de ésta, sin más intervención, lo entregase á aquéllos. El párroco, por el contrario, reclamaba para sí el derecho de conducir el cadáver al cementerio, y con la cruz parroquial alzada.

El Sr. Arzobispo, por vía de conciliación, proponía que los Regulares, en unión del párroco y con la cruz parroquial alzada, acompañasen al cadáver al cementerio. Pero los Regulares, no queriendo aceptar ni la proposición del párroco, ni la del Sr. Arzobispo, renunciaron á su derecho y dejaron que el cadáver fuera conducido al camposanto solamente por el párroco. Después de esto, los funerales se celebraron en la iglesia de los Regulares.

Pero deseando que para lo sucesivo se determine con exactitud para casos análogos los derechos, tanto del párroco como de los Regulares, por ambas partes se propusieron á la Sagrada Congregación las siguientes dudas:

I. Vigentes las leyes civiles españolas, que prohíben transportar los cadáveres á las iglesias, y elegida por un fiel la sepultura en una iglesia Regular, después de levantado por el propio párroco el cadáver, el derecho de acompañarlo y darle sepultura ¿corresponde al párroco, á los Regulares, ó á uno y otros?

II. Si corresponde á uno y otros, ¿debe el párroco retirarse y en dónde?

III. ¿Bajo cuál cruz debe hacerse el acompañamiento?

La Sagrada Congregación, considerando que la importancia del asunto era universal para España, discutida con madurez la cuestión, el día 1.º de Agosto de 1902, respondió:

Ad I, II et III, providebitur per Instructionem.

Hé aquí dicha instrucción:

“Funerum juribus per plura SS. CC. Decréta consultissime moderatis, omnis praeclusus videbatur aditus quaestionibus, quae occasione electae in alia a parochiali ecclesia sepulturae tumulante tum post communium coemeteriorum erectionem inter defuncti parochum et ecclesiam tumulantem oriri solebant. At, cum in Hispaniis civili lege statutum fuerit ut defunctorum cadavera, quin prius ad ecclesiam afferri possint, a domo defuncti ad publicum coemeterium directe

deducantur; hinc novis exurgentibus factorum circumstantiis, nova inter defuncti parochum et Regulares ecclesiae tumultantis enata est controversia circa cuique spectantia funebris associationis jura. Re ad hanc Sacram Congregationem negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium expediendis dirimendisque praepositam delata, Emi. ac Rmi. Patres, in Generalibus comitiis habitis die 1 Augusti 1902, omnibus mature perpensis, haec infrascripta statuenda ac discernenda censuerunt. Nimirum:

1. Parochi est stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam publici coemeterii.

2. Regularibus ecclesiae tumultantis jus competit in propria ecclesia juxta funebria peragendi; una cum parochi ab ecclesia parochiali ad domum defuncti accedendi, et cadavere per parochum levato, ad publicum coemeterium associandi: si tamen velint, possunt ad coemeterii januas expectare quin funeris associationem accedere teneantur.

3. Pariter Regularibus spectat recipere cadaver ad januas coemeterii ceteraque omnia peragere, quae in cadaveris tumulatione fieri solent.

4. Denique, si una cum parochi Regulares ecclesiae tumultantis funebri associationi intersint, unica crux conventualis seu ecclesiae tumultantis deferenda est, sub qua et ipse parochus incedere tenetur, dummodo ecclesiae cathedralis vel collegiatae Capitulum non adfuerit, cui privativae spectat crucem in associatione levare.

Et sic observari mandarunt, non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, anno, mense et die ut supra.

A. CARD. DI PIETRO, *Praef.*

L. + S.

M. BUDINI, *Subsecretarius.*

Creemos útil transcribir el dictamen dado por el Secretario de la S. C., Mons. Giustini, en el que se expone con precisión y exactitud las normas canónicas que regulan los funerales.

1.º De jure communi ad parochum pertinet jus associandi, funerandi et tumulandi proprios parochianos, quoties defunctus in alia ecclesia sepulturam non eligat, vel sepulturam majorum non habeat.

2.º In hoc casu, delectae scilicet sepulturae vel existentis sepulturae majorum in alia a parochiali ecclesia, funerum jura inter defuncti parochum et ecclesiam tumulantem sic ab ecclesiasticis ordinationibus et decretis determinata habentur:

a) Parochi est stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam ecclesiae tumulantis, sive haec sit saecularis sive regularis.

b) Regularibus, in quorum ecclesia defunctus tumulandus est, jus competit una cum parochi ab ecclesia parochiali ad domum defuncti accedere et, cadavere per parochum levato, ad propriam ecclesiam tumulantem associare; si tamen velint, possunt ad januam expectare, quin ad funeris associationem accedant.

c) Pariter ad Regulares spectat facere officium circa corpus defunctis, postquam intus eorum ecclesiam fuerit delatum, illudque tumulare.

d) Demum quod ad crucem pertinet, unica crux in funeribus deferenda est, non obstante consuetudine etiam immemorabili, crux nempe ecclesiae tumulantis; ideoque si defunctus in ecclesia regulari tumulandus sit et Regulares una cum parochi funus associant, unica crux conventualis deferenda est, sub qua et ipse parochus incedere tenetur; nisi tamen capitulum ecclesiae cathedralis vel collegiatae adfuerit, cui privative spectat crucem levare.

3.º Res ita se habuerunt usque ad publicorum coemeteriorum erectionem; publicis enim constitutis coemeteriis, factaque lege cadavera omnia in iis tumulandi, plures quoad rem funerariam enatae sunt parochos inter et ecclesias tumulantes controversiae, ad quas radicitus evellendas a SS. RR. CC. consultissime inductum est principium, per publica coemeteria non esse sublata ecclesiarum jura, sed tantum mutatum esse locum, in quo ecclesiae jure suo utuntur, ita ut quo jure antea fruebantur in propriis sepulchris, eodem postea uterentur in publicis coemeteriis. Exinde receptum

est ut Regularibus nedum sarta tectaque manerent recensita jura quoad defunctos qui penes ipsos sepulturam elegerint, sed insuper juxta exclusive competeret eorundem cadavera associandi a propriis ecclesiis ad commune coemeterium, ceteraque omnia inibi peragendi quae in cadaveris humatione fiunt; idque etsi ipsi in coemeterio proprium non habeant sepulchrum.

4.^o Facto hic fine, quiebit ecclesiasticum constitutum jus. At vero non hic stetit civiles Hispaniarum lex circa rem funerariam: non solum enim in Hispaniis obligatio facta est defunctorum omnium cadavera in communi coemeterio tumulandi, sed et insuper constitutum ut eadem cadavera, quin ad ecclesiam prius afferri possint, a domo defuncti ad publicum coemeterium directe deducantur. Exinde novae factorum circumstantiae, quae, cum non cadant sub recensitis dispositionibus juris ecclesiastici jam constituti, novis controversiis occasionem dederunt quoad funeris jura inter parochum et Regulares ecclesiae tumulantis.

5.^o Jam quo harum novarum controversiarum solutio expeditior procedat; quo haec, meo quidem submisso iudicio veluti fundamentali criteria prae oculis habeantur oportet: 1) Superius recensita jura et privilegia in re funeraria Regularibus competunt *ratione ecclesiae tumulantis*. 2) Constitutionibus publicis coemeteriis, jura et privilegia, quae in ecclesia tumulante amplius exerceri non possunt, non sublata, sed translata quoad exercitium censetur in ipsis publicis coemeteriis.

Ex his, ut mihi videtur, via prona est ad propositae quaestionis solutionem, protrahendo scilicet ad ultiores consequentias criteria. Quid est enim quod ex dicta civili Hispaniarum lege impedimento est quominus recensita funeris jura, prout ab ecclesiastica lege inter parochum et Regulares ecclesiae tumulantis moderata sunt, execrantur? Est simplex factum quod cadaver a domo defuncti directe ad publicum coemeterium deferri debeat. Hoc autem factum, ut patet, non obstat nisi juri Regularium recipiendi cadaver in ecclesiae tumulantis janua, illudque post expleta juxta funebria deferendi ad publicum coemeterium. Quoniam ergo, ut evenit in communium coemeteriorum erectione, eadem legis civilis

ratione nunc fit, ut dictum jus in ecclesia tumultante exerceri amplius nequeat, ipsa juris analogia naturaliter postulare videtur ut in eodem criterio interpretativo, a SS. CC. tunc inducto, et nunc insistamus dicamusque praefati juris exercitium, mutato loco, ab ecclesia tumultante in publicum coemeterium censendum esse traslatum. Cetera vero jura omnia et privilegia, cum, non obstante dicta civili Hispaniarum lege, prout jam a lege ecclesiastica constituta sunt, exerceri valeant, immutata maneant oportet.

Hinc clara, ut reor, conclusio: *a)* Ad solum parochum spectat stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam publici coemeterii; jus enim parochi deducendi funus proprii parochiani non impeditur nisi a jure ecclesiae tumultantis subingrediendi parochi in ejusdem ecclesiae limine. Atqui, ut diximus, hujus juris exercitium, ratione civilis vetiti in ambitum publici coemeterii traslatum cense-ri debet. Ergo jus parochi ducendi funus non nisi in limine coemeterii a jure ecclesiae tumultantis impediri potest. *b)* Regularibus, in quorum ecclesiam defunctus deferendus esset, jus competit in propria ecclesia juxta funebria peragendi, una cum parochi ab ecclesia parochiali ad domum defuncti accedendi, et cadavere per parochum levato, ad publicum coemeterium associandi; si tamen velint, possunt ad coemeterii januas expectare, quin ad funeris associationem accedere teneantur. *c)* Pariter Regularibus spectat recipere cadaver ad januas coemeterii, ceteraque omnia peragere, quae in cada-veris humatione fieri solent. *d)* Demum quod ad crucem pertinet, siquidem Regulares una cum parochi funebri associationi intersint, quemadmodum erat ante civile vetitum, ita nunc unica crux conventualis seu ecclesiae tumultantis deferenda est, sub qua parochus incedere debet; dummodo ecclesiae cathedralis vel collegiatae Capitulum non adsit, cui pri-vative spectat crucem in associatione levare.

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

Decretum de concursu minus probabilis opinionis cum probabiliori

“Facta relatione per Patrem Lauream contentorum in litteris Patris Thirsi Gonzales Soc. Jesu Sanctissimo D. N. directis, Eminentissimi Domini dixerunt, quod scribatur per Secretarium Status Nuntio Apostolico Hispaniarum, ut significet dicto Patri Thirso, quod Sanctitas Sua benigne accepit ac, non sine laude perlectis ejus litteris, mandavit ut ipse libere et intrepide praedicet, doceat et calamo defendat opinionem magis probabilem, nec non viriliter impugnet sententiam eorum qui asserunt, quod in concursu minus probabilis opinionis cum probabiliori sic cognita et indicata, licitum sit sequi minus probabilem, eumque certum faciat, quod quidquid favore opinionis magis probabilis egerit et scripserit gratum erit Sanctitati Suae.

Injungantur Patri Generali Societatis Jesu de ordine Sanctitatis Suae ut non modo permittat ejusdem Patribus Societatis scribere pro opinione magis probabili et impugnare sententiam asserentium, quod in concursu minus probabilis opinionis cum probabiliori sic cognita et indicata, licitum sit sequi minus probabilem; verum etiam scribat omnibus Universitatibus Societatis, mentem Sanctitatis Suae esse, ut quilibet, prout sibi libuerit, libere scribat pro opinione magis probabili et impugnet contrariam praedictam; eisque jubeat ut mandato Sanctitatis Suae omnino se submittant.

Die 8 Julii 1680. Renunciato praedicto Ordine Sanctitatis Suae Patri Generali Societatis Jesu per Assessorem, respondit, se in omnibus quanto citius pariturum, licet nec per ipsum, nec per suos Praedecessores fuerit umquam interdictum scribere pro opinione magis probabili, eamque docere.

Testor ego, infrascriptus Sancti Officii Notarius, supras-

criptum exemplar decreti, editi feria IV die 26 Junii 1680, fuisse depromptum ex actis originalibus ejusdem Sacrae Congregationis, eisque, ut constat ex collatione de verbo ad verbum facta, adamussin concordare.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii die 21 Aprilis 1902.
—CAN. MANCINI, S. R. et U. I. Notarius

**Circa facultatem dispensandi super impedimento
cognitionis spiritualis.**

FERIA IV, DIE 3 DECEMBRIS 1902

In Congregatione Generali S. R. et Univ. Inquisitionis proposito dubio: *Utrum in formulis, quibus concedi solet facultas dispensandi super impedimento cognitionis spiritualis, comprehendatur casus cognitionis spiritualis inter baptizantem et baptizatum, in iisdem formulis non praevisis:* Eminentissimi ac Reverendissimi DD. Cardinales Inquisitores Generales respondendum decreverunt: *Negative; seu non posse qui concessa per praedictas formulas facultate gaudent, super impedimento cognitionis spiritualis inter baptizantem et baptizatum dispensare; idque communicandum cum omnibus quorum interesse queat, atque in posterum expresse in formulis edicendum. Si quae vero matrimonia cum huiusmodi dispensatione, vi earundem formularum concessa forte hucusque contracta fuerint; ad omnem circa earum valorem quaestionem dirimendam, supplicandum SSmo. ut eadem in radice sanata declarare dignetur.*

Et sequenti feria VI, die 5 eiusdem mensis in solita audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, SSmus. D. N. D. Leo divina Providentia Pp. XIII relatam Sibi Emorum. Patrum resolutionem adprobare, et pro sanatione in radice iusta eorum Emorum. Patrum suffragia benigne annuere dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.—(Ex Arch. S. Congregationis de Propaganda Fide).

E. SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

Indultum pro sacerdotibus Tertii Ord. Saecularis S. Francisci

BEATISSIME PATER:

Sacerdotes Tertii Ordinis Saecularis S. Francisci, ad osculum S. Pedis provoluti humiliter implorant ut, qui ex ipsis, muneribus sacerdotalibus impediti fuerint quominus adsignatis diebus Ecclesiam vel Oratorium adire valeant ad recipiendam Benedictionem Papalem vel absolutiones Generales cum adnexa Indulgentia Plenaria praefato Tertio Ordini concessas, easdem recipere possint quocumque die inter festi octiduum occurrente, ne tanto bono spirituali inculpatiliter priventur.

Et Deus, etc.

Vigore spetialium facultatum a SS. D. N. Leone Pp. XIII sibi tributarum, S. Congr. Indulgentis Sacrisque Reliquis praeposita benigne annuit pro gratia juxta preces, ceteris servatis de jure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Presenti in perpetuo valituro.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Cong. die 11 Februarii 1903.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*

SECRETARIA DE CÁMARA

Circular

El Rmo. Prelado, mi Señor, conferirá órdenes sagradas, Dios mediante, en las próximas Témporas de la Pascua de Pentecostés.

Los aspirantes presentarán las solicitudes y demás docu-

mentos necesarios en esta Secretaría de Cámara, antes del día 7 de Mayo próximo, en que tendrá lugar el Sínodo.

Salamanca, 30 de Abril de 1903.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,
Deán-Secretario.

Otra

Obtenido el beneficio de la lluvia, que, durante el mes actual, ha suplicado el clero de la diócesis, cumpliendo el mandato de su Rmo. Prelado, S. E. I. ordena avisar que cesen los señores Sacerdotes en la recitación de la oración *ad petendam pluviam*, diciendo en su lugar, en tres días, conforme lo consientan las rúbricas, la *colecta pro gratiarum actione*.

Salamanca, 30 de Abril de 1903.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,
Deán-Secretario.

GOBIERNO ECLESIASTICO DEL OBISPADO (S. P.)

Circular

Próxima la solemnidad de la Pascua de Pentecostés, exhortamos al venerable clero diocesano al cumplimiento de las reiteradas disposiciones que se han publicado en este BOLETÍN, desde el año de 1897, en orden á la invocación del Espíritu Santo en los nueve días precedentes á su festividad, conforme desea y ordena el augusto Pontífice León XIII en su Encíclica *Divinum illud*, de 9 de Mayo de aquel año, y encarece el Emmo. Sr. Cardenal Prefecto de la Sagrada Congregación de Ritos en carta Circular á los Rmos. Prelados, de fecha 18 de Abril de 1903.

Salamanca, 30 de Abril de 1903.

El Gobernador eclesiástico (S. P.)
DR. RAMÓN BARBERA Y BOADA.

PROVISORATO Y VICARÍA GENERAL

EDICTO

En virtud de providencia dictada por el M. I. Sr. Provisor y Vicario general de este Obispado, por el presente se cita, llama y emplaza á José María García y García, cuyo paradero se ignora, para que, en el preciso é improrrogable término de quince días, que empezarán á contarse desde la publicación de este anuncio, comparezca en este Tribunal y Notaría del infrascripto, á prestar su consentimiento, si lo estima conveniente, para el matrimonio que pretende contraer su hija Hipólita García Rodríguez, residente en Barbadillo, con Ceferino Camiñas Herrero, vecino de Arabayona de Mógica, bajo apercibimiento, que si no, comparece, se acordará lo que proceda.

Salamanca, 15 de Abril de 1903.—El Notario, *Ldo. José Sánchez Gallego*.

OTRO

En virtud de providencia dictada por el M. I. Sr. Provisor y Vicario general de este Obispado, por el presente se cita, llama y emplaza á Florentino González Cerro, cuyo paradero se ignora, para que, en el preciso é improrrogable término de quince días, que empezarán á contarse desde la publicación de este anuncio, comparezca en este Tribunal y Notaría del infrascripto, á prestar su consentimiento, si lo estima conveniente, para el matrimonio que pretende contraer su hijo Ciro González Gutiérrez, con Isidora Garrido Pardo, bajo apercibimiento, que si no comparece, se acordará lo que proceda.

Salamanca, 30 de Abril de 1903.—El Notario, *Ldo. José Sánchez Gallego*.

COLLATIO MORALIS PRO MENSE MAJII

QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum consensus expresus per verba de futuro faciat matrimonium? D. Th. Suppl. q. XLV, a. 3.

CASUS CONSCIENTIÆ

Titius, Emeritae Augustae cives, negotiorum causa in aliam civitatem dissitam pergit, ibique diu commoratur in domo Claudinae cum qua maritaliter vivit et cui declarat uxoratum esse; sed inordinato amore ambo irretiti, ne coram populo tanquam concubinariii appareant, conjugium inire discernunt, quod efficiunt coram paroco ei praeibendo omnia documenta, etsi falsa. Non post multos dies scit legitimam uxorem mortuam esse ante praedictum matrimonium. Re delata confessario, ab eo suadetur in pace posse vivere cum Claudina, eo quod vinculum prioris matrimonii jam esse solutum tempore postremi.

Judica de validitate conjugii Titii et Claudinae, nec non de modo agendi Confessari in casu.

SOBRE PROVISIÓN DE PIEZAS ECLESIASTICAS EN LAS CATEDRALES

Ministerio de Gracia y Justicia

EXPOSICIÓN

SEÑOR: Las acertadas disposiciones contenidas en el Real decreto de 23 de Noviembre de 1891, y las Reales órdenes dictadas con posterioridad, aclaratorias de las dudas que algunos de sus preceptos suscitaron, constituyen el actual estado de derecho sobre provisión de piezas eclesiásticas.

A fin de unificarlo y completarlo haciendo más sencilla su aplicación, comprendiendo en las diferentes categorías del Clero Catedral todos aquellos cargos asimilables á las mismas, otorgando mayores derechos á los párrocos de entrada, reconociendo los importantes servicios que prestan los Coadjutores, otorgando ventajas á los que obtienen los cargos por oposición y á los que ostentan grados académicos, el Ministro que suscribe, después de oír el dictamen del Consejo de Estado, con la conformidad del Muy Reverendo Nuncio Apostólico y de acuerdo también con el Consejo de Ministros, tiene la honra de proponer á la aprobación de Vuestra Majestad el siguiente proyecto de decreto.

Madrid 20 de Abril de 1903.

SEÑOR: A L. R. P. de V. M.

EDUARDO DATO.

REAL DECRETO

A propuesta del Ministro de Gracia y Justicia, y en virtud de lo convenido con el Muy Reverendo Nuncio Apostólico; oído el Consejo de Estado en pleno, y de acuerdo con el Consejo de Ministros,

Vengo en decretar lo siguiente:

Artículo 1.º Las Dignidades correspondientes á las Iglesias Catedrales y Colegiales, y las Canonjías y Beneficios de gracia no reservadas á la oposición por el real decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888, se conferirán necesariamente, así en el turno de la Corona como en el de los Prelados y en el de éstos con sus Cabildos, á personas que reúnan, además de las condiciones exigidas por los Sagrados Cánones, las determinadas para cada cargo por el presente decreto.

Art. 2.º Para la mejor inteligencia de lo dispuesto, se clasifican los cargos del Clero catedral y colegial en las siguientes categorías:

- 1.ª Deanes de Iglesia Metropolitana.
- 2.ª Deanes de Iglesias Sufragáneas.
- 3.ª Dignidades de Metropolitana, Canónigos de oficio de idem, Capellanes mayores de Reyes y de Muzárabes de To-

ledo, de Reyes Católicos de Granada y de San Fernando de Sevilla, Deanes de Catedral que ha de reducirse á Colegiata y Abades de Iglesia Colegial, Rector de la iglesia de San Francisco el Grande, de Madrid, después de cuatro años de servicio en el cargo.

4.^a Canónigos de Metropolitana, Dignidades de Sufragánea, Canónigos de oficio de ídem, Capellanes primeros de San Francisco el Grande, de Madrid, después de cuatro años de servicios en el cargo.

5.^a Canónigos de Sufragánea: Capellanes reales, Capellanes de honor de la Real Capilla, Rector de la Iglesia de Santiago y Montserrat, de Roma, Rector del Real Monasterio de la Encarnación, de Madrid, Canónigos de la Iglesia Magistral del Sacro Monte de Granada, Secretarios cancelarios; tendrán esta categoría después de cuatro años de servicios en el cargo: los Provisores Vicarios generales, los Secretarios de Cámara, los Fiscales eclesiásticos, los Rectores de Seminarios; después de cinco: los Catedráticos de Seminario ó de Universidad.

6.^a Canónigos de oficio y de gracia de Catedral que ha de reducirse á Colegiata ó de Iglesia colegial, Beneficiados de Metropolitana, Párrocos muzárabes de Toledo; tendrán esta categoría después de dos años de servicios en el cargo: Los Provisores Vicarios generales, los Secretarios de Cámara, los Fiscales eclesiásticos, los Rectores de Seminario, los Capellanes segundos de San Francisco el Grande de Madrid; después de tres: los Catedráticos de Seminario ó de Universidad.

